Fideles nobis dilecti questus est apud nos grauiter Famatus Joannes Widarek Ciuis Wielicien. Quod Fid. vos eum absq. ullo processu iuris et causa in dicta domo propria eijcere intendunt quod cum iniquum sit (Scabinus enim nemini intromissiones in bona cuiusq. dare debet, nisi ad id per sententiam Judicij designatus fuerit) Ideo Fid. vris serio mandamus, ne quid contra eundem Joannem Widarek vel bona eius absq. legitimo iuris processu attentent. sed si quis aliquid iuris in bona ipsius sibi competere putat, iuris ordine contra eum agat. ille vero iuris itidem ordine cuilibet sese iustificet. Secus itaq. non fecerint aliquin litem facient suam, et damna, si quis ex inordinato processu prefato congressi intulerint eidem resarcient.

Mandatum ad ciues Wielicien

Sigismundus etc

Saluus conductus Infami

Quod cum questus esset apud nos grauiter nobilis Mathias Chelchowskij obtentum esse contra se per nobiles Adamum Michaelem et Andream filios nobilis Felicis Wegierskij partim coram Judicio Castren. Cracouien. ex contradictione cum tertia quadam persona (quam ille subordinatam fuisse affirmat) partim in contumatiam coram Judicio Tribunalis Regni Petricouien. quasi ex remissione quadam ab eodem Judicio Castren. Cracouien. facta processum quendam infamis in contumatiam in causa et actione ratione quasi non ingressionibus in turrim occasione asserti interemptionis ex parte nobilis olim Joannis Wegierskij fratris actorum nullis cittationibus contra se prodictis, neq. sibi ad notitiam deductis. Cum vero idem Mathias Chelchowskij constantor negaret, ullam eo nomine cittationem sibi ad notitiam deuenisse, et totum illum processum fictitium esse, neque ex eis munimentis, quae in ea causa nobis exhibita fuerint, constaret eundem Mathiam Chelchowskij aliquando personali in ea causa comparuisse, supplicarentq. apud nos pro eo diligenter certi consiliarij nostri, Nos quamuis

delicta impunita manere volumus, et sine magna deliberatione eiusmodi salvus conductus daretur solennis, tamen conside-rantes inolevisse in Regno nostro rem mali exempli quod homi-nes inquieti nullis actionibus positis consueverunt homines pro-cessibus diversis involvere, facien[dum] nobis esse censimus ut eundem Matham Chelchowski in patrocinium et protectionem nostram susciperemus, prout iam eundem suscipimus eiq[ue] salvum conductum nostrum a vi et potentia omnium officiorum et Magis-tratuum Regni nostri damus ad sex mensium a data praesen[tium] computan[dum] decursum, quo fretus tuto et sine personae certa de male contra se (ut asserit) obtento processu agere, et tam in ea causa quam in alijs omnibus in quovis Judicio stare, in Regnoq[ue] et Dominijs eisdem subiectis versari, negociaq[ue] sua licita et ho-nesta peragere valeat, persona rebusq[ue] ipsius sub hac nostra protectione salvis. Ita tamen ut esse contra omnes fata ege-rat, neq[ue] ullas violentias exerceat, et omnibus de se conque-ren[tibus] iuris ordine sese iustificare teneatur. Quod ad omnium quorum interest notitiam deducen[do] eisdem mandamus, ne quid per vim contra eundem Matham Chelchowski attentent sub poenis in violatores salvi conductus nostri legibus sancitis literasq[ue] salvi conductus ipsius nostri in Acta Castren[sia] inscribi, et voce praeconis publicari curent. In cuius rei etc.

Revisio Telonei

Zgmunth etc.

Vrodzonym Kryſtophowi Brzozowskiemu Podkomorzemu Biel-
skiemu Chorążemu Ziemskiemu Podlaskiemu
Woyskiemu wiernie nam milym laskę naſzę
krolewską. Vrodzeni wiernie nam mili. maią mieſczanie Kliczele-
kowſcy od S. Pamięci Krolia Augusta Wuia naſzego pewne mos-
towe od wozow kupieckich nalożonych od każdego konia dwa
pieniądza Litewskie z tho względem mostow, ktore tam cij
Mieſczanie kosztem swym okol miasteczka po Goscincach bu-
duią. A iż tho nam dawali sprawę cij Mieſczanie, że z tak
malym pożytkiem wytrzymać tego kosztu niemogą, gdyż teras

319